Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Exercitatio Disputatoria ... Continens Selectiores Juris Controversias Ad Ordinem Nonnullorum Titulorum In Institutionibus Congestas**

## I. :

Rostochii: Typis Joh. Weppligni[i], [1708]

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002516625**

Band (Druck) Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

RU jurist. Oct.1708
Stein, Matth.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002516625/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002516625/phys_0002
DFG

EXERCITATIO DISPUTATORIA I.
CONTINENS

# SELECTIORES JURIS CONTROVERSIAS

AD ORDINEM NONNULLORUM TITULORUM IN INSTITUTIONIBUS CONGESTAS,
QVAS
*MORE MAJORUM,*
SUPREMO NUMINE ADJUVANTE
*CONSENSU AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ,*
*PRÆSIDE*

## DN. D. MATTHIA STEJN/

Stein

P. P. ET FACULTATIS JURIDICÆ
HODIE DECANO
*DIE OCTOBR. MDCCVIII.*
1708
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SUBMITTIT

## JOHANNES CHRISTOPHORUS HEIDER,

SVERINENSIS

Roſtochii, Typis JOH. WEPPLIGNI, SER. PRINC. ET *ACAD.* Typogr.

83
Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002516625/phys_0003
DFG

Univerſitäts-
Bibliothek

# I. N. J.

I.

IUrisprudentiæ Romanæ præmiſſa nominis Divini invocatio ad formam inſtrumenti publici non reqviritur jure civili *arg. Nov. 47. c 1.* Diſſentiunt Menoch *de Adipiſc. poſſeſ. Remed. 4. n. 711.* Walher. 2. *Miſcell. 1.* Hodie autem iſtam non omittendam eſſe, patet ex *R. J. Anno 1512. Tit.* von *Notarien* §. 3. & 4. addatur Lauterb. *ad tit. ff. de Fide inſtrum. vers. circa inſtrumenta:* ibiq; Dn. Stryk. Vide tamen Majer. & Hopp. *ad Proœm. J.*

AD PROOEMIUM INSTIT.

II.

Jus civile, quà præcipit vel prohibet, in nullis à Lege Dei morali deflectit Dn. Stryk *Diff. jur. Civ. & Canon. in general.* §. 4. Licet id ipſum peculiari diſputatione adſtruat Anton Matth. *de fundam. quibusd. jur. alit. jac. qvam vulgo jact. ſunt.*

III.

Codicem ex intentione Imperatoris non derogare pandectis, recte defendunt Ludwel. *in Com. Inſtit. ad Proœm. n. 2.* Frantzk. *in Proœm. ff. n. 17.* Hunn. *de Autor. jur. Cap. 2. Q. 1. per* §. 1. *Conſtit. Cordi nobis. de Emend. Codic. arg.* §. 7. & 10. *Conſtit. Deo Autore. L. 3.* §. 10. 11. *C. de V. J. E.* Diſſentiunt Brunnem. *Exerc. 1. Juſtin. ad* §. 2. *Proœm.* Lauterb. *in Præfat. ff.* Majer. *ad Proœm. J.* Hopp. *in Hiſtor. jur. Cap. 2.* §. 20. *ſeqq.*

IV.

Primum Juris Canonici Volumen, Decretum

ſcil. non quidem initio, ex póſt facto tamen, præfatione Gregorii XIII. Pontificis Decreto præmiſſa, autoritatem juris obtinuiſſe verius duco cum Hunn. *de Autor. Jur. Libr. 2. Cap. 9.* Cardin. Tuſch. *Pract. Concl. 110. lit. D. n. 1.* Diſſentiunt Lauterb. *Compend. ff. in præfat.* Et ad eum Pagenſtech. *Manipul. 2. §. 8. Aliiq.*

AD LIBR. I TITUL. I. DE JUSTITIA ET JURE

V.

Jurisprudentia recte deſcribitur, quod ſit rerum divinarum atque humanarum notitia, juſti atque injuſti ſcientia: *§. 1. J. de J. & J.* quamvis alii aliter eam definiant.

VI.

Jurisprudentiæ finem eſſe juſtitiam univerſalem, rectè docent Lauterb. *ad tit. ff. de J. & J.* Majer. *ad tit. I. de I. & I. ibiq. plena manu allegat. Dd.* Diſſentiunt Harpr. *ad pr. J. eod. n. 14.* Schnobel: *Diſp. 1. ff. th. 12. Aliiq.*

VII.

Jus publicum æq; ac privatum collectum eſt ex jure Nat. Gentium & Civili. Wurmſer *Exerc. jurispr. 1. Q. 3. & 5.* Rhetius *Inſt. jur. publ. Tit. 1. §. 47.* Diſſentiunt Ungep. *Exerc. 1. Q. 14.* Aliique.

AD TIT. II DE I. NATUR. GENT. ET CIV.

VIII.

Jus naturale proprie in bruta cadere, exercitii gratia defendi poteſt cum Ludwell. *in notis ad Weſenb. n. 14. de I. & I.* Ungep. *Exerc. 2. Q. 1.* Dn. Wildvogel Diſſert: *1. th. 13.* Diſſentiunt Vinn. in Comm. *ad pr. I. de jure N. G. & C. n. 1.* & DD. comm.

IX.

Jus Gentium recte dividitur in primævum & ſecundarium. *arg. §. 1. & 2. I. de jur. N. G. & C.* Bacchov. *ad*

§. 2.

§. 1. *I. de jur. N. G. & C.* Vinn, *ibid.* Diſſentiunt Ungep. *Ex. 2. Q. 2. in fin.* Mejer. *ad pr. & §. 1. I. de jur. N. G. & C.* Schwendendörff. *ad Eckold. de I & I. §. 24.*

X.

Jus naturale nec pro parte, nec in totum mutari poteſt. *§. pen. J. de jur. N. J. & C.* licet diſſentiant Hahn. *ad Wes. de J. & J. n. 15.* Aliiqve.

XI.

AD TIT. III. DE JURE PERSON.

Fœminam non eſſe hominem, minus recte docent Cujacius *Lib. 6. Obs. cap. 21.* & Weſenb. *n. 5. ff. ad L. Corn. de Sicar. ex l. 38. §. 5. ff. De pœn.*

XII.

Statuliberi & adſcriptitii revera ſunt ſervi *L. 9. & 29. ff. de Stat. liber L. 21. C. de Agric. & cenſit.* A priori recedit Lindem. *th. 2. J. de jur. Perſon.* A poſteriori Harpr. *ad pr. J. d. t. n. 14.*

XIII.

AD TIT. VI. CUI ET QVIB. EX CAUS. MANUM. NON LIC.

Dominus minor 20 annis non poteſt ſervum ſuum 17 annorum manumittere, ad id, ut ſit Procurator ſuus judicialis: Inde *§. 5. I. Qvi & ex qvib. cauſ. manumitt. non poſſ.* de procuratore extrajudiciali intelligendus. Hopp. *ad §. 5. I. d. t.* Brunnem. *Ex Inſtit. 1. ad d. §. 5.* Diſſentiunt Förſter *Decad 1. Select. Qvæſt. ad I. Q. 10.* Majer *in Comm. ad d. d. §. 5. ibiq;* alleg. Dd.

XIV.

Minor poteſt â Majore conſtitui advocatus & Procurator ad Litem *L. 1. §. 3. ff. de Poſtul. l. 23. ff. de Minor.* Lauterb. *in comp. ff. de Procurat.* Schrot. *Decad. 2. diatrib. domeſt. Qv. 1.* Frantzk *Ex. 2. Q. 1.* Qvamvis qvoad Procuratorem diſſentiant Brunn. *Ex. juſtit. 1. ad §. 5. I. Qui & ex qvib. cauſ.* Stryk. *U. M. ff. de Procurat. §. 22.* de jure tamen Canonico

 iſtud

iſtud certum *per Cap. 5. §. ult. de Procurat. in 6.* etiam in foro, Minorem non poſſe conſtitui Procuratorem tradunt Carpz. *de Proceſſ. Tit. 5. art. 1. n. 29. ſeqq.* Hopp. *in U. M. ad d. §. 5. J.*

§. XV.

AD TIT. IX DE PATR. POTEST.

Jus patriæ poteſtatis, qvod juris civilis eſſe dicitur *in §. 2. I. de patria poteſt.*, adhuc hodie in viridi eſt obſervantia. Philipp. *Uſ. pract. I. ad tit. de patr. poteſt. Ecclog.* 44. ibiqve alleg. Hahn. & Frantzk. Diſſentiunt Vinn. *in Comm. ad d. §. 2. J. de Pat. pot.* Gronweg. ibid. Aliiq́.

XVI.

Non tantum patrem ſed etiam matrem ſangvinolentum filium jure civili vendere poſſe, verius *L. 2. C. de patre qvi fil. deſtrax.* Hahn. ad Wes. *n. 3. de His qvi ſui vel alien. juris.* Diſſentiunt Ungep. *Ex 3. Q. 3.* Harpr. *ad §. 2. I de patr. poteſt n. 23.*

XVII.

AD TIT. X DE NUPTIIS.

Matrimonium eſt viri & mulieris conjunctio individuam vitæ conſvetudinem continens §. 1. J. *de patr. poteſt.*

XVIII.

Non tantum jure civili, *princ. J. de Nupt. L. 2. ff. de R. N.* ſed, & jure Canon. ad matrimonium liberorum patris reqviritur conſenſus. *C. 1. & 3. Cauſ. 30. qv 5.* Ungep. *Ex. 3. Q. 6.* Majer *ad d. pr. J.* Vinn. *ibid.* Diſſent. Hahn *ad Weſenb. de R. N. n. 3.* & cum eo Bachov. *ibid.*

XIX.

Conditio impoſſibilis & de jure civili *arg §. 10. I. de Inutil. Stipul.* & in foro regulariter vitiat Sponſalia Brunn: *Q. 8. ſ. de ſponſal. & in I. E. Lib. 2. Cap. 16. §. 14.* Stryk:

in

*in not. ad Lauterb. tit. ff. de Sponſal. verb. Detrahit* Licet aliud diſponat jus Canon. *Cap. Ult. X. de condit. appoſ.* & propterea diſſentiat Carpzov: *jur. Eccl. lib.* 2. *D.* 23.

XX.

Sponſalia priora publica poſterioribus præferuntur, licet hiſce acceſſerit copula carnalis *Cap.* 31. *X. de Sponſal.* add. *C.* 1, 3. *& ult. X. de Sponſal. duor.* Carpzov: *jur. Eccl. Lib.* 2. *Def.* 65. Berlich. *p.* 4. *concl.* 28. *n.* 63. Lauterb. *ad tit ff. de Sponſal. verſ. plura Sponſal.* ibique Stryk. *v. acceſſerit.* Diſſent. Harpr. *p.* 1. *D.* 4. *n.* 23. *& ad Rubr.* J. *de Nupt. n.* 33. *ſeqq.*

XXI.

Qvando autem poſteriorbus accedit benedictio ſacerdotalis, hæcce prioribus præferenda eſſe æquius duco cum Carpzov. jur. Eccl. *Lib.* 2. *Defiuit.* 66. Brunnem. *de jur. Eccl. Lib.* 2. *c.* 16. §. 8. Diſſentiunt. Berlich. *p.* 4. *Concl.* 28. Stryk. ad Brunn. *jur. Eccl. d. l. verb. de conſvetudine.*

XXII.

Quando nuptiæ jam conſummatæ cum infidelibus, iſtæ hodie diſſolvi non poſſunt, licet canoniſtæ diſſentiant Carpzov. *jur. Eccl. p.* 2. *Def.* 7. *&* 206. add. Brunn: *de jur. Eccl. Lib.* 2. *Cap.* 17. §. 8. ibique Stryk. Hahn. *ad Weſ. d. R. N. n.* 5. *verb. benedicente.*

XXIII.

Sponſam non ſuccedere hodie ſponſo defuncto ex Statuto, qvo alias conjux conjugi cum liberis ſuccedit, verius eſſe autumo cum Hahn *ad Wes. n.* 7. *ff. de Sponſal. verb. contrarium*, Dn. Stryk. *ad Lauterbach. tit. ff. Qvis Ord. in Poſſeſſ. ſervet. verb. Sponſis.* ut ut contrarium doceant Gail. *lib* O. 80. *n.* 5. *ſeqq.* Ritterh. *diff. jur. civ. & Can. lib.* 1. *c.* 1.

XXIV.

## XXIV.

Ardua quæſtio, Num parentibus inſciis ſponſalia contracta ſint ſuſtinenda hodie, qvando copula carnalis acceſſit, & Parentes tamen conſentire nolunt: Affirmant id Hopp. *in U. M. ad pr. J. de Nupt.* Schilter *Ex. 3. th.* 12. Brunm. *jur. Eccl. lib.* 2. *Cap.* 16. §. 2. Strauch. *Diſp.* 2. *th.* 19. *in fin.* Weſenb. *ad tit. ff. De R. N. n.* 8. Sneiduw. *tit. J. De Nupt. part.* 2. *n.* 35. Cypræus. *De ſponſal. cap.* 10. §. 10. *n.* 2. Aliiqve. Negativam defendemus ſententiam cum Cothman. *Vol.* 1. *Conſil.* 1. *n.* 198. Ungep. *Ex* 3. *Q.* 6 *v. nego.* Hunn. *lib.* 1. *tr.* 3. *Q.* 17. Richt *Deciſ.* 8. *n.* 93. Conſil. Tubing. *Vol.* 4. *Cons.* 256. *n.* 34. *ſeqq.* Donell. Enucl. *lib.* 13. *c.* 20. *lit. V.* Arniſæus. *De jur. Connub. c.* 3. *Sect.* 9. *n.* 24 Conſil. Argent. *V.* 1. *Cons.* 54. Fibig. *ad Frantzk. Exerc.* 2. *in Semid. Q.* 3. Dn. Gerhard. *Loc. Theol. de Conjug.* §. 74. §. 99. *&* 146.

## XXV.

Conſenſus parentum nuptias præcedere, aut in iis concurrerre debet, inde ſubſeqvens ratihabitio liberos ante iſtam natos de Jure civili non reddit legitimos *princ. J. de Nupt. L.* 11. *ff. de Stat. hom.* Diſſentiunt Schneiduw. *ad tit. I. de Nupt. p.* 2. *n.* 30. Huber. *poſit. jur. ad Inſtit. tit. de Nupt.* §. 16. *ſeqq.* Hodie tamen per ratihabitionem legitimos fieri docet Stryk *ad pr. I. de Nupt.* Brunn. *ad L.* 11. *ff. de Stat. hom.* Schilt *in Prax for. germ. Exercit.* 3. *th.* 12.

## XXVI.

Natos ex deſponſatis eſſe legitimos & patri ante benedictionem ſacerdotalem mortuo ſuccedere, negat Lauterb. *ad tit. ff. de R. N. in pr.* Verum tam in puncto juris, qvam de praxi iſtud potius affirmandum eſſe, rectius docet Weſenb. *ad dict. tit. ff. n.* 5. ibiqve Hahn. Brunn. *Cent.* 4. *Dec.* 47. Mev. *p.* 2. *Dec.* 81. Berger. *Reſolut ad Lauterb. dict. tit. Q.* 1. Dn. Stryk. *ad Brunm. J. E. lib.* 2. *c.* 16. §. 6. *verb. ſuccedat ut legitimus.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1002516625/phys_0011
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002516625/phys_0012
DFG

b. *tit. ff. de Sponſal. verb. Detrahit* Licet jus Canon. *Cap. Ult. X. de condit. appoſ.* & ntiat Carpzov: *jur. Eccl. lib.* 2. *D.* 23.

XX.

priora publica poſterioribus præferun- accesſerit copula carnalis *Cap.* 31. *X. de* 1. 3. *& ult. X. de Sponſal. duor.* Carpzov: *Def.* 65. Berlich. *p.* 4. *concl.* 28. *n.* 63. Lauterb. *ſal. verſ. plura Sponſal.* ibique Stryk. *v. ac-* nt. Harpr. *p.* 1. *D.* 4. *n.* 23. *& ad Rubr.* J. *de*

XXI.

o autem poſteriorbus accedit benedictio æcce prioribus præferenda eſſe æquius zov. jur. Eccl. *Lib.* 2. *Defuit.* 66. Brunnem. *Lib.* 2. *c.* 16. §. 8. Diſſentiunt. Berlich. *p.* 4. k. ad Brunn. *jur. Eccl. d. l. verb. de conſve.*

XXII.

nuptiæ jam conſummatæ cum infidelibus, olvi non poſſunt, licet canoniſtæ diſſen- *jur. Eccl. p.* 2. *Def.* 7. *&* 206. add. Brunn: 2. *Cap.* 17. §. 8. ibique Stryk. Hahn. *ad* *verb. benedicente.*

XXIII.

non ſuccedere hodie ſponſo defuncto ex lias conjux conjugi cum liberis ſuccedit, tumo cum Hahn *ad Wes. n.* 7. *ff. de Sponſal.* *m*, Dn. Stryk. *ad Lauterbach. tit. ff. Quis Ord.* *t. verb. Sponſis.* ut ut contrarium doceant 5. *ſeqq.* Ritterh. *diff. jur. civ. & Can. lib.* 1. *c.* 1.

XXIV.